



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.11. Oues meæ vocem meam audiunt, Indicium est prædestinati audire vocum Dei, eius seruando legem: sicut reproborum, illam transgredi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

illa faceret ad eiusdem confirmationem adeo
suprema : vt ipsimet faterentur hæc suffice-
re, vt totum mundum in fidem suam pellic-
ceret. Quod si veritas Dei maiores ad in-
gressum vires adhibuit, non minores illi ad-
hibuerunt, quibus illam repellerent & ab
ingressu procul arcerent. Eius cernebant mi-
racula à quibus realiter conuincbantur, &
hanc cognoscebant veritatem, prout postea
dicendum. Cum esset legitima domina at-
que vt talis cognita, detinebant illam ne in-
traret suæ violentia malitiæ : ideo dicitur:
In iniustitia detinent. Ecce quam graphice
D. Ioan. illos deserbat. *Circumdederrunt enim
Iudæi, &c.* Quasi bellum inferentes illi, &
oppositionem. Si nonnulli forent tam a-
nientes vt solem circumdarent, quasi ra-
dijs lucis eius vim vellent inferre, cona-
ti illam detinere ne ad oculos intraret,
illos ocludendo & obturando; tales sunt
illi de quibus prædixit Iob: *Ipsi rebelles fue-
runt luminibus.*

Iob. 24. 13

Habes hic apertum reprobatorum symbo-
lum, hominum, quibus anima tanta reple-
tur malitia, vt Dei veritati negent ingres-
sum, imò illam impediunt forasque manere
patiuntur. Tu perpende, vtum ex illis vi-
uas sis: licet enim ita sit quod ex illa possi-
mus iudicare principaliter vt reprobos &
præfictos ipsos hæreticos, qui non solum
non audiunt cum omibus vocem Dei, quam
illis per Ecclesiam suam proponit, sed illam
velint examinare, illi sese opponant, & nul-
lum permittant ingressum: pariter possemus
aliquo modo iudicare, quod hinc timere
possint nonnulli Christiani sese inter repro-
bos esse numerandos. Quoties ad te Dei
veritas verbumque accessit, & illud tu co-
gnosces, nedum illi nolueris dare introi-
tum, sed iniuper illud ab ingressu iniuste
cohibuisti, tanquam si legitimo patrifami-
lias quis in domum suam ingressum impedi-
ret. Quod si dedisses ingressum, tecum Dei
veritatem adduxisses, & cum legitima sit
ipsa domina, hanc animæ tuæ domum gur-
bernaret. Dico mihi tot diebus quibus iam
prædicamus, & quibus omnibus ad te veritas
accessit diuina, quam vel quas ex illis tibi
retulisti? Post tot auditas conciones, quæ-
nam obsecro veritas ingressa est sedemque
sua in corde tuo permanentem? Aliquoties

XV.
Etiam
Christia-
ni verita-
ri se op-
ponunt.

à nonnullis vestrum inquiri, qui sermones
frequentatis, vt mihi dicatis quid ex illis
vobis superfluit, & quid animæ vestræ
collegistis: dicit hic, labilis sum memoriæ,
dicit aliter, oblitus sum: respondet ille,
labore iudicio. Non est hæc ratio prin-
cipalis, sed quod accedenti veritati in ani-
mam vestram ingressum minime concessis-
tis, vnde hic, vbi illa dicitur & proponi-
tur, ipsa remansit. Numquid audisti verita-
tem à predicatore tibi propositam, quod
tibi vitæ tuæ interesset affectum hunc pro-
cul arceri sensualem, & manu mittere
mulierem: hanc impudicam: tu vero a-
morem illum ad nummos abnegares, &
aliena restitueres: tu autem illicitas illas
omitteres luxurias quibus immemor tui
tuæque animæ detineris? An hæc intra-
uit veritas? An sumpsit in corde tuo do-
micilium? An procam dimisisti? An ma-
leparata, dixerit melius male sublata re-
parasti? An in teipsum reuersus es, quo
vitam aggredieris, qualem decet diui-
no consecratam obsequio? Ingressum ve-
ritati num dedisti? Totus es in exa-
minando: quomodo manu mittam mulie-
rem: quo namque die, non illam vi-
deo, sic languero vt mihi deficere vita vi-
deatur? Quomodo facultates restituum,
quas iam in sanguinem mihi conuertisti?
Cave, ne tibi dicat, *Vos non credistis: quia
non estis ex omnibus meis, Oues meæ vocem meam
audiunt.*

11.
§. 14. Oues meæ vocem meam au-
diunt, Indiciam est prædestinati au-
dire vocem Dei, eius seruando legem:
sicut reproborum, illam transgre-
di.

N On solum vox Dominus noster his
verbis: *Oues meæ vocem meam au-
diunt:* signum declare suorum præ-
destinatorum, quod nimirum omnium sim-
plicitate vocem suam audiunt ex parte in-
tellectus, credendo, nec verborum suorum
examinando veritatem: sed etiam ex parte
voluntatis illam ad amissum impiendo,
acc.

28.

1.
Audire
vocem Dei
id est ex
obedire
simplici-
ter.

nec discutendo utrum mihi hoc expediat, quod mihi Deus imperat vel utrum illud in aliud differam tempus: quia iuxta diuinum idioma, audire verbum eius, nedum est dicta credere, sed mandata operibus implere. Nota sunt etiam vulgo verba Prophetæ Samuelis ad Saulem Regem Israel. Præcepit illi ex Dei nomine, vt exercitu suo comparato inuaderet Amalecitas & omne, gladio cadente, viuens obtruncaret, non homini parceret, non gregibus, non armentis, &c. Ab ipso Rege vique ad vilissimum subditum, ab ipso tauro generosissimo vsque ad minimam ouiculam cuncta demoliretur. Audire hæc verba Saul, non illa custodire: quia vitam concessit saltem ipsi Regi, & armentis peperit melioribus. Ipsum accedit Prophetæ, atque: dixit mi Rex.

1. Reg. 15.
10.

Quare non audisti vocem Domini? Quis tibi quid mihi imponit querit Rex? Imo, audisti vocem Domini & quidem bene, ad cuius confirmationem, quam primum eius intellexi mandatum, copis meis aggressus sum Amalecitas. Imo audisti. O quantum falleris, rege fallis o Rex? Noueris quod secundum Dei vocabularium, audire eius verba, non solum significet auribus illa percipere, sed illa perfecte custodire, nullam de illis mouendo quæstionem. Cum autem hoc non feceris, dico: Non audisti vocem Domini.

Ps. 80. 12.

Eodem modo, vt Dominus de populo suo per Dauidem grauitèr quereret, quod sua minime seruasset instituta, sic ait: *Non audisti populus meus vocem meam.* Et nihil innocuo frequentius, atque sæpius hæc phrasim repetitum. *Si audieris vocem Domini Dei tui, si non audieris vocem Domini Dei tui.* Eo modo, quo medicus infirmum alloquitur: si audire me voluisses, iam salutem obtinuisses, & contra eum expostulari, quod præscripta sua haudquaquam impleuerit, atque illi: audire me noluisti. Hic liquido constat prædestinatorum indieium: Audire scilicet vocem Dei ouina simplicitate, hoc est, illam exequi, & opere perficere, nulla proposita contradictione, nulloque examine, utrum bona sit, nec ne. Domine, quomodo diligam insensum mihi inimicum, quomodo inustam mihi remittam illi iniuriam, honor meus vilescit & in oculis mundi despicior?

Deut. 28.

III.
Qui sicut
qui Dei
vocem
non au-
diunt.

Quomodo bona illa restituoam: etenim in pauperem decidam, nec amodo per ciuitatem potero, vt feci, ambulare pompaticè? Quomodo carnem meam mortificabo: nam illa ipsa est, in qua vivo? Hancine moues voci diuinæ quæstionem? Signum non habes ouis illius (inquit D. Chrysostomus) etenim Deus supremus est Dominus, & Domino debetur obedientia, supremo vero Domino talis obedientia, qua nulla superior. Hæc vt sit talis, tam stricta esse debet & simplex, vt nullo modo velit examini lubijcere, utrum bonum sit nec ne, quod sibi præcipitur: utrum conueniens sit, nunc implere vel in aliam differre opportunitatem.

Hinc (teste D. Chrysostom.) supplicium illud emanauit, quo Deus vitum aliquem multauit atrociter. Ad eum accedit Prophetæ, atque Deus tibi præcipit vt alapam mihi infringas ferociorem, quæ mihi caput collidat. *Dicit ei in sermone Domini, percutite me, & verum erat: quia certis de causis, quas Deus ita disponebat, illud sic fieri conueniebat.* Replicat vir ille, & ait: *Quoniam obsecro, rei huius utilitas, si tibi caput collidero: Discutiamus utrum hoc expediat, nec ne: nullam etenim hic inuenio conuenientiam rationem: nequaquam hoc fecero.* Sicine, respondet Prophetæ, subijcis inquisitioni, utrum conueniat id, quod tibi Deus præcipit vt fiat? *Quia noluisse audire vocem Domini, ecce recedat à me, & percutiet te leo.* hic te in partes discerper, eiusque unguibus dilaceratus interibis. Nota loquendi phrasim: *Noluisse audire vocem Domini: quid hæc indicas? Quia non audisti simpliciter Dei mandatum, sed illud examinare voluisti: idcirco interibis: etenim omnes Dei, sicut non examinant veritatem, vt sibi propositam ab eo credant, sic nec iustitiam eius, vt mandatis eius obtemperent. Ad alterum accedit, idemque significat, Deus tibi mandat vt mihi caput contundas. Illico tantum alter Prophetæ pugnum impegit, vt caput vulneraret, sanguisque fluxerit vberior percussor examinatur, at solatur eum Prophetæ: nihil hoc te turbet amice, salua tibi sunt omnia, vitæque tutissima: nam hæc tibi Deus impertietur: quia vocem eius quia audisti simplicitate, *Inssus à Deo.**

3. Reg. 20.
35.

IV.
Nō simp-
liciter
obediens
punitur,
& sim-
pliciter
obediens
seruatur.

Propheta

D. Chryf. Prophetam percussio (loquitur D. Chryfost.)
Hom. 2. in quandon. idem quod illi res. asfarda esse videtur,
epist. ad curiosus de ea perferunt ut est, & simpli-
Rom. cit. erit non parati. pennis ex. remas dedit: potens-
Tom. 5. ser autem provocatus est, &c.

V. Considera, inquit D. Chryfost. Abraham
Abraham orem Dei quam simplicem diuine voci ser-
vt ouis uolens obedientiam: dum enim illi præcipi im-
Dei voci molare filium vnguentum Isaac, non hæret
simplici dubius, non examinat curiosus, non mouet
ter obedi- molestus difficultatem aliquam, ex illis quæ
d uir. poterant proponi plurimæ, sed actum se-
D. Chryf. accingit executioni. Non curiose de mandato
seruatus est, sed iubentis dignitate perpensa,
mandatum dumtaxat adimplet. Notanda sunt
hæc uerba: Iubentis dignitate perpensa. Magni-
tudinem, maiestatem, & eminentiam perpen-
dit eius, qui hoc sibi præcebat. etenim
Deus erat, cui, sc. quia Dominus est, debetur
obediencia: cum supremus sit, suprema illi
debeatur obedientia, quæ omne procul abigit
flabium, & in eo quod mandat, refundit car-
ditatem.

En tibi primum iudicium satis planum &
secundum prædicatorum, illi sunt enim,
qui Dei uocem audiunt, hoc est, qui ad amul-
sim præcepta istius seruant, & instituta. Sa-
tis si quido constat hoc ex definitione præde-
natorum omnis. Theologorum omnium antesigna-
nus D. Thomas sic definit prædeterminationem.
Irregularitate ad uitam æternam per cer-
ta media. Quæ media magis conueniunt
ad æternæ uitæ consequentiam? Mandato-
rum Dei obediencia. Sic Christus adoles-
centi respondit interroganti: Quid facis nō
uitam æternam persequeris? De uis ad uitam in-
tegritatem mandata. Gradus per quos ad coe-
lum scanditur, sunt Dei mandata, per illa sur-
sum ascendit & conueniens.

VI. Signum prædicatorum est pe-
fieri Dei mandata.
I. p. q. 23.
A. 1. & 2.
Mat. 19.
17.

Ve opinor, alludit Dominus ad illud Da-
uidici: beatus uir, cuius est auxilium ubi se,
ascensione in corde suo disposuit in ualle lacryma-
rum &c. ibum de uirtute in uirtutem, u. debuit
Deus Deorum in se. Felicitas illi, ille, Do-
mine, tuus est amicus, quem prædestinasti,
tuisque donis præuenisti. Quis ille adeo fel-
lix? Ille, qui hæc in ualle lacrymarum mor-
tatis in corde suo gradus disposuit & af-
fessiones. Quam uiam? Dei mandata,
hæc etenim sunt tantorum scala graduum,
quanta sunt, quæ nobis præcepta manda-
uerunt. Ille, qui d. vno ad aliud ascendit, &
Hieron. Bapt. de la Noza. Tom. 111.

juxta legis diuine præscriptum, modo hæc
modo alteram exercet uirtutem, crede fir-
miter quod ad cacumen pertingeret, quo uideat
Deum eoque in celo perficiatur. Tutissi-
mum hinc expensas tuæ prædeterminationis in-
dicium. Ut tutissimum arbitris iudicium,
quo iudices, utrum aliquis futurus sit opu-
lentus, si uideris eum, & in lucrando dili-
gentem, & in seruando sollicitum: etenim
hæc sunt illa media ad diuitias aptiora, nempe
pe lucrari & custodire. & quando uideris
aliquem optime medijs insistentem, quibus
finis obtinetur, ferre sententiam, quod illum
sit indubie conuenturus.

Mihi firmiter persuadere hoc fuisse primo
intentionem Prophetæ Regii, nobis in suis
psalmis iudicium assignare, quo coniecturari
possit, quis prædestinatus sit, & quis repro-
batus: unde primum orditur psalmum nullo
præambulo, nulloque titulo. Beatus uir
qui non auit, &c. Beatorum appellat, non
eum, qui iam est in possessione, sed in spe bea-
titudinis, q. d. in motu, qui firmiter spe-
rare possit sibi que iohde pollicetur beatitudi-
nem certamque prædeterminationem. In He-
braico primo uerbum legitur in plurali
q. d. circa, quod uerbi illius vim retinet, le-
gunt Beati uirum uir, q. d. milles vocare po-
tes uirum illum beatum, plenisque buccis
illi suam prædicere beati uirum, & si mil-
le forent, omnium posse sperare fructio-
nem. Quis est iste o Rex sanctissime? Qui
non abiit in concilio impiorum, &c. Scilicet
lege Domini uoluntas eius. Ille, qui ex vna
parte omnia uirat genera peccatorum: hoc
enim significat: Non abiit, non peti, non se-
dit, atque ex altera totus incumbit legi diu-
inæ custodiendæ. Subtiliter uocauit Agel-
lius, quod uerbum uoluntas in hebraico est
Hapher derivatum a uerbo, quod significat
amate, non taliter qualiter, sed tunc & toto
corde, sicut ille, qui amore si grati puella
formosissima: uir enim suos ab illa ohe-
dit oculos, erga illam totum eius studium,
cogitatio, cordis uoluntas, qua nihil præter
illam exoptat ardētius: quo uerbo S. Pa-
gina uirtus, ut amor, exponit, quo Prin-
ceps Schemorum filius Regis Erioc D. D. Gen. 34 13
nam filiam Iacob prosequēba ut: Amabat
puellam ualde, q. d. illi cor suum tradiderat,
ita ut aliud illi non faceret, ad aliud non
intenderet, aliud minime cogitaret, aliud
D d d d, præter

VIII.
Hoc Da-
uid in
primo
psalmo
indicauit
Psalm. 10-

Gen. 34 13

præter illam nihil æstimaret. Figuram considera prædestinati, cuius voluntas sit in lege Domini, qui mandatis illius afficitur, velut puella purissimæ, mundissimæ, ac formosissimæ: non enim per diem aliud mente ruminat, & per noctem somniat aliud, nec loquitur, nisi de illa, nihil præter illam curat nec pedem aut manum movet nisi iuxta præceptum illius & institutum. Ille, ait

In Ps. 1.

Deut. 6. 6

Theodolet: qui implet illud à Domino constitutum, cum ait: *Evangelia verba hæc, que ego præcipio tibi domine, in corde tuo, &c. Meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. Et ligabis ea, quasi signum in manu tua, eruntque & monumentum inter oculos tuos, scribesque ea in limine, & ostis domus tue, &c.*

IX.
Signum est reprobationis Dei legem transgredi.

Ille, qui divinæ negligit legis observantiam, inquit Danid, ille est reprobatus: *Non sic impius, non sic, sed tamquam pulvis, quem proleicit ventus à facie terra.* Hæc est figura reprobatum: pulvis quem tollit ventus à facie terræ: ille, qui velut pulvis impetu ducitur suæ passionis, velut turbine furioso: ille, qui se patitur impetu rapi passionis luxuriosæ ad ædes mulieris inhonestæ, ut suæ vacet impuritati: ille, quem avaritiæ ventus impellit ad vîsuras, & iniquos contractus: ille, quem procella commouet ambitionis in superbiam, vindictam & proximi contemptum. Hic congrue servit illud, quod paulo ante diximus, hoc tuum esse debere studium, non utrum te Deus prædestinaverit vel reprobaverit, sed utrum Dei præceptis obedias, vel illa transgrediaris. Mattheum dat huic proposito periculis illa Isaie Prophetæ admonitio. Erant Iudæi admodum curiosi in inquitendis rebus futuris, & secretionibus pectoris divini dispositionibus: hæc de causa serviebant incantationibus, divinos interrogabant, præsertim eos, quos dicunt Pythones, & idola consultabant, fuitque hæc una ratio, inter ceteras, ob quam illa venerabatur. Quando volueris, inquit Isaïas, futura cognoscere, & quæ Deus disposuit, certo conijcere, tibi que dixerint: consulte Pythones, Aruspices interroga, quære à divinis: hæc nulla factio, & Dei legem eiusque consulte testimonia. *Com dixerint ad vos: Quærite à Pythonibus, & à divinis, &c. Ad legem magis quædam testimonium. Num inquitis, an hoc sancto sibi, vel infansio succedet*

Isa. 8. 19.

omine? Quid tecum acturus sit Deus, vel agere deberet? Utrum te sit saluaturus, aut condemnaturus? Quid de te futurum sit? Quem vitam terminum sis habiturus? Illa ne quaeris à divinis & Astrologis, sed teipsum interroga, teipsum examina in ordine ad Dei præcepta: nam in tantum credere poteris, & bonos vel malos vitam coniecturare successus: in quantum legem Dei vel observaveris, vel fueris prævaricatus.

§. 12. Vocem meam audiunt. Indicium est Prædestinationis ad Dei vocem accurrere, sicut reprobationis, ad eam, quæ est diaboli sicut exponit Ieremias similitudine perditum.

ALio possumus sensu verba Christi intelligere, ut nobis secundum signent indicium, quo conijciamus, quis sit prædestinatus; nempe, ad dicitur vocem eius; hoc est ad vocem Domini statim accurrere, sicut ovis ad vocem properat Pastoris. *Oves meæ vocem meam audiunt.* Miramur omnes instinctum, quem Deus auctor nature filiiis suis infudit, quo parentum suorum vocem intelligant, speciatu incundum est, & quod sæpius expendi ouile agnorum in quo tota die conclusi remanent, oves autem matres per pascua obambulant & pascuntur; ad vesperam autem, dum illis aperitur ouile, & balantes ingrediuntur matres, videre licet inter mille oves, agnos singulos ad propriam recurrere matrem, & quomodo illam agnoscunt? Ingridiuntur matres balando, estque tam proprius cuiusque matris ad agnum suum balatus, ut nullam sit periculum, quod earum aliquis, nisi ad matrem suam sit accursurus. Dicit mihi; patre agnelle, quis te vocem illam edocuit? Heri natus es, & vix matrem vidisti, & jam illam agnoscis? An hoc tibi Pastor vel quis alius indicavit? Dixit mihi hoc ovis matris meæ vox, quæ visceribus meis ita correspondet, ut quam primum illam audio, illam inter centum millia dignoscam. Statue ad hoc latus regem onium atque ad aliud caprarum: colloca in latere ovium hircos caprarum: & ad latus caprarum agnellos, balent oves, balent capræ, non est quod timeas hircos caprarum, ad oves recipere.

f.
Agni ex balatu oves matres cognoscunt.

X.
A lege Domini petenda virum his prædestinatio.